FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauin[a]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De pactis inter emptorem & uenditorem compositis. Rubri.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Visual Library

3 *An ſit dare aliquem modum vel cautelam, quòd prohibitio contrahentium habeat impedire tranſlationem dominij?*

LEX VII.

1 SAncimus. †Lex iſta tractat de ſecunda parte rubricæ. & dicit ꝙ prohibitio alienationis facta à .l. vel à teſtatore, vel à contrahẽtibus, importat hoc ꝙ nõ poſsit transferre dominium directum vel vtile: nec aliquod ius in re. ſiue illud ius ſit pars dominij vſusfructus, ſiue non: tamen ſit tale per ꝙ poſſet res aduocari. tamen ſi ius conſtitutum in re, quòd habeat vſum rei incommodare: vt ius ſeruitutis prædialis. hoc dicit illa .l. †& hoc de largo ſignificato huius verbi alienat. quòd verificatur in quolibet prædiorum: ſed de ſtricto & proprio ſignificatu non comprehenditur niſi tranſlatio dominij directi, vel vtilis. & illa tantum cenſeret prohibita. vt no. in auth. de reſti. & ea quę parit ſuper verbo alienari. in glo. mag. & hic in glo. Ex quo dicit Bal. †quòd ſi per ſtatutũ[a] prohibetur res alienari in forenſem: cùm verba ſtatuti debeant ſtrictè & propriè intelligi: non cenſetur prohibita conſtitutio vſusfructus in aliquem forenſem: nec etiam pignoratio rei. pro quo videtur caſus in .l. in quorum. ff. de pigno. Et idem ſi teſtator odio conſortium hæredi mandat vel iubet quòd non poſsit aliquam rem alienare in aliquem de conſortibus ſuis. quæ depoſitio eſt odioſa. ideo non prohibetur hæres conſtituere vſumfructum, vel pignorare rem hæreditariam conſorti. niſi pignoratio eſſet facta in fraudem. quæ præſumeretur ſi facta fuiſſet pro tanta pecunia quanta valet: quia non eſſet veriſimile quòd vnquam eam lucretur: vt habetur in .l. qui habebat. ff. de lega. iij. †Sed an poſsit locare ad longum tempus ille qui eſt prohibitus alienare? gl. videtur tenere quòd ſic in .l. codicillis. §. inſtituto. de lega. iij. Sed per omnes reprobatur per .l. j. §. qui in perpetuum. ſi ager vectigalis. quia ex tali locatione transfertur dominium vtile. & ſic ſit contra prohibitionem. & dicitur ad longum tempus, quando ad decennium, vel vltra. in quibuſdam tamen locis ſeruatur ꝙ vſque ad quinquennium. & ad prędicta facit clemen. j. cum ibi no. de re. eccle. non alie. licet autem iſta .l. videatur æquiparare prohibitionem legis, & prohibitionem teſtatoris, & etiam cõtrahentium, quantum ad ſignificatum verbi: tamen quantum ad effectum non æquiparantur: quia prohibitio legis vel teſtatoris, q̃ vim legis habet: operatur vt impediatur tranſlatio dominij: & ꝙ alienatio ſit ipſo iure nulla. ſed prohibitio contrahentium nõ impedit tranſlationem dominij: ſed facit vt veniens contra prohibitionem teneatur actione perſonali ad intereſſe: niſi in quibuſdã caſibus ſpecialibus. in quibus impeditur tranſlatio dominij. & hoc examinatur bene in .l. ea lege. §. de condi. ob cau. & ad hoc tẽ dic prima gl. quam plenius examina. vt in .d. l. ea lege. †Quęrunt tamen doct. vtrum ſit dare aliquem modum vel cautelam, quòd prohibitio contrahentium habeat impedire tranſlationem dominij. & Cy. ponit hic plures modos, & aliquos reprobat. Bart. tangit in .l. qui abſenti. ff. de acqui. poſ. in. §. fi. & finaliter dat modum clarum & apertum quòd promittatur pœna vel intereſſe ſi fiat contra: & pro tali pœna & intereſſe obligetur illa res, quæ prohibetur alienari. tunc enim propter ius pignoris, quòd prohibens habet in re, impeditur tranſlatio, dominij: textus eſt in .l. ſi creditor §. ſi. ff. de diſtrac. pig. ſecũdùm vnam literam negatiuam. quæ eſt vera. prout refert Bar. feciſſe videri in pandectis, cùm ille caſus ſibi de facto accideret, & etiam domino Franciſco tigrini de piſis. vnde cùm hodie ſemper in inſtrumentis publicis partes promittant obſeruare conuenta: & pro obſeruatione prædicta obligent ſe & omnia bona ſua: ſemper impediretur dominij trãſlatio ſecundum opinionem prædictam. Tangit hic Cy. aliquas quæſtiones. ſed plenius vide per Barto. in .l. filiusfami. §. diui. ff. de legatis primò. vbi multa circa materiam tangit. tene primam ſolutionem gl. quia communiter tenetur.

De communium rerum alienatione. *Rubrica.*

LEX I.

1 SI nulla †Sicut quis non poteſt transferre dominium rei quæ eſt in totum aliena: ita ſi eſt communis inter ipſum & alterum, non poteſt transferre dominium partis alterius. niſi ſit fiſcus, qui ex priuilegio poteſt rem quam habet cum priuato, vendere. & transfert dominium etiam partis ſocij. de parte ſua verò quis poteſt facere quòd vult: & alienare etiam alteri quàm ſocio. nec poteſt ſocius illam aduocare ab emptore: etiam in priuilegio militari. hoc dicit. totus tit.

a ℭStatutum. Adde de hoc & dic vt per d. Frã. de Are. in conſil. ſuo cxxv. col. iij. ver. circa ſecundum principale. & ibi an comprehẽdat pignus vel hypothecã. & theoricam Paul. de ca. hic vt cõmunem refert & ſequitur d. Barto. ſozi. in ſuo cõſi. lxxv. col. ij. verſ. circa ſecundũ. & an locatio ad longũ tẽpus dicatur alienatio. vide p Alex. de Imol. latè in cõſi. j. col. ij. & ſeq. in iiij. vo. & de locatione de nouẽnio in nouennium. per eũdem Alexã. in cõſil. cv. in iij. vol. Cur.

b ℭGabella. Addẽ Bertachi. de firmo i trac. de gabellis.

De pactis inter emptorem & uenditorem compoſitis. *Rubri.*

1 *Si agitur ut res ſit inempta ſi pretium non ſoluatur, tunc hæc reſolutio contractus non dicitur nouus contractus: ſed diſtractus.*

3 *Si per ſtatutum eſſet ſoluenda gabella de quolibet contractu, non habebit locum in hoc diſtractu: cum non ſit nouus contractus.*

Quid in retrouenditione?

Quando contractus reſoluitur, reſtituitur reuẽdita cum fructibus perceptis etiam ante moram: ſed in retrouenditione nõ reſtituuntur fructus ante moram percepti.

4 *Verbum pertineat, uel reuertatur, an ſit uerbum directũ: an obliquum?*

5 *Pactum de retrouendendo pro eodem pretio non eſt improbatum à iure, tanquàm faciat præſumi contractum pignoratitium, & factum in fraudem uſurarum.*

Quid ſi uenditio eſſet facta pro multo minori pretio quàm ualeret?

6 *Ex pacto incontinenti appoſito quòd oriatur actio præſcriptis uerbis.*

7 *Oblatio ſola, an ſufficiat: ad hoc ut quis poßit agere ex contractu, & ſic ad actionem conſequendam?*

8 *Caſus in quo ex ſolo pacto ſine traditione uera uel ficta transfertur dominium.*

9 *Per electionem unius ex contrarijs cenſetur quis alteri iuri contrario renuntiaſſe.*

10 *Per actum contrarium uidetur quis renuntiare iuri ſuo quòd habet de iure communi, & quid ſi habeat ex priuilegio?*

11 *Venditor qui poterat uti pacto legis commiſſoriæ, & rem uendicare, ſi petat pretium, uel uſuras eius, an ſtatim perdat ius uendicandi quòd habet ex pacto etiam antè quã pretium uel uſuras conſequatur?*

12 *Si locaui tibi fundum, cum pacto quòd debeam tibi conſignare quædam infrà menſem, aliàs poßis recedere à conuentione, & ego non conſignaui, nec tu receßiſti: & petiſti quòd tibi conſignem promiſſa: & ego obtuli me paratum, & nunc tu uis à petitione recedere, an poßis?*

LEX I.

1 SI ea lege. †Pactum appoſitum incontinenti iuxta contractum venditiõis ſuper reſolutione contractus ſi pretium non ſoluatur, vel de retrouendendo pro eodem pretio, ſi vẽditor voluerit, valet: & ex eo oritur actio præſcri. ver. & etiam informatur actio ex vendito: vt competat ad id qđ deuenit in pacto: & vltra hoc ſi eſt pactum legis commiſſoriæ: quòd eſt quando agitur vt res ſit inempta, datur vtilis in rem. niſi tali pacto ſit renuntiatum per actum contrarium. hoc dicit. iſta .l. cum tribus ſequentibus vſque ad .l. initio. & iſta .l. j. & iij. & .l. iiij. loquuntur de pacto reſolutiuo contractus. in hoc tamen differũt quia .l. j. & .l. iij. loquuntur quando pactum non ſonat in .l. commiſſoriam: & ſic non facit haberi venditionem pro non facta ſed

2 .l. iiij. quando ſonat in .l. commiſſoriã. quia †agitur vt res ſit inempta ſi pretium non ſoluatur. quæ quidem reſolutio contractus non dicitur nouus contractus: ſed dicitur diſtractus. vt not. gl. fi.

3 §. quando lice. ab emp. diſce. l. j. †Et ideo ſi ſtatutum diceret ꝙ de

b quolibet contractu ſoluatur gabella[b] non haberet locum in hoc diſtractu. cum non ſit nouus contractus. Lex autem. ij. loquitur in pacto de retrouendendo pro eodem vel diuerſo pretio. quo venditio retro facta eſſet contractus nouus: & veniret ſoluenda gabella. & non diceretur reſoluere primum. vt no. in .d. gloſſ. fin. quæ declarat iſtas .ll. Ex vtroque tamen naſcitur actio præ. ver. ex ipſo pacto quòd naſcitur cohærentia contractus, & etiam informatur actio ex vendito, competat ad id quòd deuenit in pacto. Eſt & alia differentia. quia quando contractus reſoluitur. reſtituitur res vendita cum fructibus perceptis: etiam ante moram. vt j. e. l. cum te. & .ff. de in diem adict. l. Item quòd. ſed quando fit reuẽditio, nõ reſtituuntur fructus ante morã percepti: ſed remanẽt apud emptorẽ primũ vt .l. ij. in fi. Rõ diuerſitatis. qa reſolutio trahitur retro, vt habeatur perinde ac ſi facta non fuiſſet. ſed nouus cõtractus nõ trahiť retro. Pręfata aũt reſolutio vel fit ipſo iure, qñ ſonat in pactũ .l. cõmiſſoriæ. quia fuit dictũ ꝙ res ſit empta vt j. eo. l. ſi à te. Siue quòd venditio pro nõ facta habeatur. ꝙ idẽ eſt: & tunc transfertur dominium vtile ipſo iure ſine noua retra-

pacti l. commiſſoriæ

a ¶Retrouēdēdo. Adde de hoc & dic vt plenè per Cep.in trā. de ſimula.cōtractuū. verſ. vj. caſu principali.col.ij. & ſeq. & p.d.Fabi.de.s.ſauia. in tracta.de empt. & ven.q.vj.vij. q.prin. aliquid per Alex. in cōſ.x.in.j.vol.& adde ꝙ virtute talis pacti cēſetur cauſata ſolūmodo actio ad purum factū.ſ.ad reuendendum. ita pulchrè concludit. d.Fran.de are. in ſuo conſil. vj. col.iiij. Cur. Et adde tu ꝙ.d.meus Sozi.in ſuo cōſ.clv.col.pe.in fi.dicit ꝙ communis opi.eſt ꝙ pactum de retrouendēdo & paritas pretij nō arguāt cōtractus ſimulationem.quod no. in practica.Strad.

b ¶Pacto. Adde quod tale pactū nō operatur trāſlationē dominij in venditorē: niſi apponatur in ipſo cōtractu vēditionis, & tempore ipſius contractus.ita gl.reputata ſingu. in l. ab emptione. ff. de pac. & dicit pulchrè Ale. de imo. in conſi. x. col. iiij.verſ.v. cōfirmaſ. in.j.vol.& an tale pactum.l.commiſſoriē habeat locū in contractu pignoris. & alijs cōtractibus. vide per.d Fab.de.s.ſaui. in tract. de empt. & vēd.q.vj.vij.quęſtionis prin.Curtius.

ditione:& ſic vltra prædictas actiones perſonales competit vtilis rei vendicatio.vt in l.commiſſoriæ.in verbo:vendicationē.Sed quādo illud nō dicitur, ſed ꝙ res pertineat ad venditorem,vel ad ipſum reuertatur,nō fit ipſo iure reſolutio: ſed poſtquam res ad vēditorē peruenit, cōdemnato emptore ad reſtituendū.tamen etiā tunc fingit à princ. nō fuiſſe facta.ideo nō reſtituit rem cū fru-

4 ctibus: ac ſi nūquā eam emiſſet.†Ex iſta.l. j.& ex.l.iij.no.ſecundū Doc.iunctis gl.quę dicunt ꝙ in iſtis nō fuit pactū.l.cōmiſſorię: quod reſoluit cōtractum ipſo iure. ꝙ illud verbū pertineat, vel reuertatur, nō eſt verbū directū:ſed obliquū.quia nō reddit ipſo iure,ſed mediāte retraditione emptoris.ſed quādocunꝙ qs per manus alterius,ſed ipſo iure, & propria authoritate poteſt capere, tūc reddit ipſo iure.vt no.in.l.inter omnes. ff.qui ſatiſda.cogan.& de vſufru.leg.l.Sempronius attalus. Et hoc dicit Cy.hic ſecundum Inn.in.c.Rayn.extrà de teſta. ꝙ ſi teſtator diceret ſi inſtitutus nō erit hæres, volo ꝙ bona mea ptineāt ad Titiū, vel ad Titium reuertātur:ꝙ illa nō eſt ſubſtitutio directa,ſed obliqua.Sed ſalua pace ſua: quia cum cōcipiantur ante aditā hæreditatē, nō poteſt dici obliqua: ſed directa. ſi autē poſt aditā hære.vt ſi inſtitutus eſſet pupillus,cui teſtator potuiſſet facere directā pupillarē, & etiam fideicommiſſariā:debet poſſe dici. ſi iſta eſſent merè verba obliqua,ꝙ nō eſſet ſubſtitutio directa pupillaris, ſed fideicommiſſaria:tamen re vera non ſunt merè obliqua,ſed cōmunia:quia poſſunt adaptari ad directā,& etiam ad fideicōmiſſariam.iuxta no.per Bart.in.l.Centurio. de vulg.& pup. in vlt. col.& ideo directa ad pupillum potius importarent directā. quæ eſt magis fa-

5 uorabilis.†Ex.l.ij.& ad hoc ſemper allega-

a tur.quod pactū de retrouendendo* pro eodē pretio non eſt improbatum à iure:tanquā faciat præſumi contractum pignoratitium, & factum in fraudē vſurarū. Nec ob.c.illo vos. de pigno. &.c.ad noſtram.de empt.& vendi.quia illud procederet quādo venditio eſſet facta pro multo minori pretio quàm valeret:quo caſu tam ex hoc quàm ex dicto pacto cōtractus præſumeretur ſimulatus.& potius pignus quàm venditio in fraudem vſurarū: vt creditor tanquam emptor lucraretur fructus. per iſtā legem. in fine.quod non eſſet:ſed quādo alia præſumptio nō concurrit ex ſolo pacto de retrouēdendo,non pręſumitur ſimulatio:nec in

6 fraudem vſurarū per iſtam. l.quæ ſemper ad hoc allegatur. † Itē alleg. ſemper quòd ex pacto incontinenti appoſito oritur actio pręſcri.verbis.Pet.dixit quòd illa actio nō orit ex pacto:ſed*ex quodā cōtractu innominato, q̄ reſultat habita relatione * pacti ad contractū.Bar.tenet contrariū in materia pactorum.& alle.l. in bonæfidei.§.de pact.dum dicit ex pacto actio competit.quod non eſſet verum ſi opi. Pet.eſſet vera.ille text. non apperit vnde oriatur actio iſta præſcriptis verbis: & ſic dictum pactum facit duo.quia parit actionē nouā, & veterē actionem.i.ex contractu ſuper quo apponitur,informat: vt ſic actio ex vēdito nō ſolùm detur ad pretium ad quod principaliter ordinatur:ſed ad id etiā quod deuenit in pacto: licet iſtud non ſit de natura contractus.

7 †Itē dum dicit: [tèque parato.] & poſtea:[poſt oblatā &c.] Eſt hic caſus contra Bar.qui tenuit in.l.acceptā. §.de vſu. quod ſola oblatio nō ſufficit, vt qs poſsit agere ex cōtractu:& ſic ad actionem conſequendā:ſed requiritur cōſignatio,& depoſitio.& fundat ſe per.l.ſi à te.j.eo.licet ſecus dicat eſſe vt poſsit agi ex vltima volūtate.per.l.cui fundus.in prin. ff.de condi.& demon. ſufficit enim ſola oblatio ad purgandam morā:& ne currant vſuræ quæ currere nō inceperūt.vt.§.de vſur.l.ſi per te. Breuiter ſecundùm Bal.ibidem in.l.acceptam.in.v.q.hic eſt caſus in contrariū.quod ſufficit ad actionē conſequendā ſola oblatio: nec obſt.l.ſi à te.vt

8 ibi dicam.†In l.commiſſoriæ.no.illud primò ꝙ §.dixi, caſum ..

b quo ex ſolo pacto† ſine traditione vera vel ficta transfertur dominium.& ratio eſt ſecūdùm Dyn.quia cū ex tali pacto reſoluatur contractus ipſo iure.& fingitur nunquàm fuiſſe factus,ſicut ſi .. ctus non fuiſſet:per traditionem nudam nō fuiſſet dominiū translatum in emptorē:vt in.l.nunquam nuda.de acqui.rer.do. ita ipſo reſoluto & habito pro nō facto,nō poteſt dominium remanere.ar.l.vrānius.ff.de fideiuſ.circa medium.ita no.Dyn.in l.j.§. de dona.ſuper gl.mag.not.quæ eſt ſuper verbo mortis cauſa .. oīno vidē pro declaratione harū.ll.ſ.j.iij.& iiij.quia non eſt melior

9 in iure.†Nota etiam ex ea l.ꝙ per electionem vnius ex contrarijs cēſetur quis alteri iuri contrario renūtiaſſe:nam ꝙ cōtractus reſoluatur,& res ad vēditorem reuertatur ex vna parte.& ꝙ ſoluat pretiū,vel vſuræ pretij ex altera parte,illa ſunt inter ſe contraria. vt in l.vnica.§.ſi ſeruus extero.& j.de furtis.l.j.qui enim vult pretium,vult ꝙ cōtractus firmus maneat.ſic res ad ſe nō reuertatur:

10 quia non debet habere rem & pretiū.†Et ſic no.ꝙ per actum contrariū qs vr̄ renūtiaſſe iuri ſuo ꝙ hēt de iure cōi.etiā nō ex priuilegio,qn̄ aūt ex priuilegio minus eſt dubiū:ꝙ illud facilius .. quāius cōe.iuxta no.in.l.j.§.ſi aduer.vē.in fi.vltimę gl.iſtud .. clara vt plenè not.Cy.j.de execu.tu.l.volūtariæ.in vj.q.oīno vide.

11 †Vltimò quæritur.ſi vēditor qui poterat vti pacto.l.commiſſoriæ,& rem vēdicare,petat pretiū,vel vſuras eius:an ſtatim perdat ius vēdicandi ꝙ habet ex pacto.etiam antè quàm pretiū vel vſuras cōſequatur,vt ſic nō ſit locus pœnitentiæ ſi vellet recedere à petitione,& exercere pactum?gl.in hoc variauit.ff.de l.commiſ.l.poſt diem.&.ff.de mino.l.AEmilius.in.iiij. gl. Breuiter ſi .. ſi petijt extra iudicium,non præiudicat ſibi.& poteſt pœnitere, ſi in iudicio:aut nō conſequitur:quia nō potuit:vt ſi fuit repulſus aliqua exceptione:& ſibi nō præiudicat.quominus poſsit redire ad pactum.vt in l.Iulia.§.ſi cùm filius. ff. de inoffic. teſtamen. Si verò nondum fuit repulſus: ſi emptor incontinenti vel inter modicum tempus offert pretium:ne ſibi auferatur res, præiudicat ſibi:vt ad pactum redire non poſsit. ſed ſi facit reſiſtentiam, & non incontinenti offert,poteſt ad pactum redire.& ipſum ex-

12 ercere:ita colligitur ex not.in dicta.l.AEmilius.Et per†prędicta reſpondet ad quæſtionem in qua Dy.conſuluit.Locaui tibi .. dum,cum pacto ꝙ debeam tibi cōſignare quædam infrà menſem alias poſsis recedere à conuentione:nō cōſignaui:tu nō petiſti,ſed permāſiſti ſuper re:petijſti à me ꝙ tibi conſignē ea ꝙ promiſi cōſignare.ego obtuli me paratum.nunc tu vis à petitione recedere?quæritur an poſsis?& cōſuluit Dy.ꝙ nō.poſtquā nō exercuiſti pactum recedēdo à me:ſed à me petijſti ꝙ conſignarem per hāc.l.& per.l.poſt diem.de.l.cō. Ego ſuper hoc ſum dubius quid enim ſi de benignitate poſt terminum voluiſti me expectare:ꝙ videaris renuntiare iuri tuo.non bene video.vnde poſſit diſtingui vt s.quod ſi incontinenti offero,tenearis recipere.& non poſsis conſignationem recuſare.ſi reſiſtentiam feci, & ex interuallo offero,non teneris recipere:quia videris petijſſe cū hac conditione ſi incontinenti conſignauero.

LEX V.

1 INitio. †In contractibus bonæfidei veniūt vſuræ tam ex pacto incōtinēti appoſito: quā etiam ex mora.h.d.Et ſic primum dictum vt pactum aliquid operetur, debet intelligi vt etiam veniant vſuræ ex mora.nō ſic in cōtractibus ſtricti iuris poſſunt venire vſuræ ex pacto,vel ex mora:ſed tantùm ex ſtipulatione.vt.§.de vſuris.l. .. etiam poſt litem conteſt.vt l.j.ff.de condi.inde.

2 *In contractib us merè nominatis non habet locum condictio ob cauſam, nec ex capite pœnitentiæ, nec ex capite cauſæ non ſecutæ, ſed in contractibus innominatis .. locum habet ex utroque capite.*

Quid ſi contractus eſt mixtus, ſcilicet nominatus cum innominato? & ..

LEX VI.

1 CVm te. †In contractibus nominatis eſt locus .. dictioni ob cauſam, ſi non ſecutum .. ctum quòd dedit cauſam contractui.hoc dicit .. gularis l.Barto.vide Cy.qui iſtum intellectum .. cundùm Pe.in iſta.l.§.de pac.l.in bonæfidei.in.xiij.q.Et Bar. .. ſubtilius declarat in.l.ſi.circa fi.indiſtinctè.ff.de cōd.ob cauſam .. omnino vide:ſi vis intelligere hāc.l.dicit enim ꝙ in contractibus ..

merè nominatis non habet locũ condi. ob cauſam. nec ex capite pœnitentiæ, nec ex capite cauſæ non ſecutæ. per illam. l. fi. & per
2 l. ea conditione. ſ. de reſcin. vendi. & de rei vendi. l. in ciuile. †In cõ
tractibus verò innominatis verè locum habet ex duplici capite tam cauſæ non ſecutæ, quã ex pœnitentia: ſi res eſt integra. vt in l. ſi pecuniã. ff. de cõdi. ob cauſam. ſed aliqñ cõtractus eſt mixtus. ſcilicet nominatus cum innominato. & tunc loquitur iſta. l. vt ſi vendidi tibi rem quandam, vt aliquid mihi dares, vel faceres, nõ vendicurus niſi contemplatione eius quod dare vel facere promiſiſti. nam venditio eſt contractus nominatus. ſed habita relatione huius contractus ad id quod dare vel facere promiſiſti, reſultat contractus innominatus: facio. id eſt vendo vt des, vel facias. & tunc ex capite cauſæ non ſecutæ locũ habet condictio ob cauſam ad reſolutionem cõtractus. ſed ex capite pœnitentiæ ſi vellem recedere à contractu nominato, nõ poſſum. vt in. l. Ariſto. ff. de dona. vbi caſus. Sed ſi volo recedere ab innominato, & renunciare ei quod dare vel facere debeas. ſed mei contemplatiõe erat dandum vel fiendum, poſſum: ſecus ſi contemplatione vtriuſq;, vel alterius tantum. vt in l. ſi cum fundum. ff. de pac. In text. ibi: [exiguo pretio.] ſupple maximè. nam idem ſi iuſto pretio, ſi non fuiſſes alias venditurus. prout gl. hoc intelligit. In tex. ibi: [reuerti conueniat.] ſupple non ipſo iure. ſed intentata condictione ob cauſam, & ſecuta retraditione: & ſic reſoluto contractu. In text. ibi: [cum fructibus.] ſupple etiam perceptis ante moram, poſtq; contractus reſoluitur: vt in l. Item quod. ff. de in diem adiect. & dictis ibi. ſ. in primis legibus.

¶Si agatur inter venditorem & emptorem quòd reſtituto pretio percepto, quandocunque venditori placuerit venditio habeatur pro non facta, vel quòd res ſit inempta: & emptor poſtea pretium oblatum non uult recipere, tunc ad hoc ut venditio reſoluatur requiritur conſignatio & depoſitio: quæ habet uim ſolutionis.

Sicut dicitur pactum legis commiſſoriæ quando agitur ut non ſoluto pretio per emptorem res ſit inempta, ita quando agitur ut reſtituto pretio per venditorem res ſit inempta: & qua cautela uti debeat venditor?

Reſcriptum concedens dilationem ſoluendi, per quam aufertur ius aduerſario, non ualet: tanquam abſorbens ius alterius niſi dicatur non obſtante quacunque lege in contrarium diſponente.

Quid ſi non abſorberet ius aduerſarij?

L E X VII.

Vià te. †Ad actionem conſequendam ex contractu non ſufficit ſola oblatio: ſed requiritur conſignatio, & depoſitio. h. d. Barto. hoc ſummarium reprobatur ſecundùm Bal. in l. acceptam. ſ. de vſuris. in v. q. per d. ij. ſ. eo. vbi caſus contra Bart. Nec ob. iſta. l. q; hic non ſolũ volebat agere, ſed etiam volebat q; venditio intelligeretur reſolu ta: qui erãt appoſita verba reſonãtia in pactum. l. commiſſoriç: qa fuit dictũ q; res eſſet inempta. vnde ſicut ad liberationem conſequendam non ſufficit oblatio: ſed requiritur conſignatio: & depoſitio. vt in l. obſignatione. ſ. de ſolu. ita hic: quia reſolutio veniebat fienda ſoluta, id eſt reſtituta pecunia recepta ex forma pacti: ſed nõ poſſet dici ſoluta per ſolam oblationem: niſi fortè eſſet facta in iudicio. vt l. ſi rem. §. fi. ff. de pigno. actio. Summa ergo ſic. †Si agatur inter venditorem & emptorem quòd reſtituto pretio percepto, quandocunque venditori placuerit vẽditio habeatur pro non facta, vel quòd res ſit inempta, ſi emptor pretium oblatum non vult recipere: ad hoc vt venditio reſoluatur, requiritur conſignatio, & depoſitio: quæ habent vim ſolutionis. hoc. d. †Et nota q; ſicut dicitur pactũ. l. commiſſoriæ quando agitur vt non ſoluto pretio per emptorem res ſit inempta: vt in toto titulo de l. commiſſoria: & ſic propter moram vel culpam emptoris: ita quando agitur vt reſtituto pretio per vẽditorem res ſit inempta. Sit ergo cautus venditor quando apponit pactũ de retrouendẽdo pretio, vt vtatur iſtis verbis. quia vtilius eſt facere pactum de retrouendendo: cum oblato, conſignato, & depoſito pretio dominium ad ipſum reuertatur per. l. commiſſoriam: & ſic poterit rem à quocunq; poſſeſſore vendicare. ſed ſi apponat pactum de retrouendendo, non ſic reuertitur. ſed requiritur nouus contractus, & noua retraditio: quòd perpetuò tene menti. †Vltimò no. ſecundùm gloſſ. q; reſcriptum concedens dilationem ſoluendi, per quam aufertur ius aduerſario, nõ valet: tanquàm abſorbens ius alterius. ſupple niſi dicatur non obſtãte quacunque. l. in contrarium diſponente: ſed ſi non abſorberet ius aduerſarij, bene valeret reſcriptum concedens dilationem ſoluendi. vt in l. quoties. ſ. de precibus impe. offerendis.

a ¶Manumiſsio impediri. Quid ſit manumiſſio. vide per Ho. in ſumma tit. de ſeruis non or. in. ſ. quid ſit manumiſſ. & an manumittere poſsit minor. xx. ann. vide tex. in. ſ. eadem. inſt. q manumi. non poſſunt. Sal. in. l. j. in fin. j. col. C. de indi. liber. toll.

2 *¶Si cùm eſſes dominus alicuius fundi & poſſeſſor: paciſcor tecum ne illum facias religioſum, uel ne alienes: an tale pactum ualeat?*
3 *Quid ſi in traditione rei meæ appono pactum quòd aliam rem tuam quam non trado, non poſsis alienare: uel religioſam facere?*
4 *Quòd per pactum poſſit manumiſſio impediri. & quare?*
5 *Non ualet pactum quod in loco religioſo non ſepeliantur mortui.*
Quid ſi interuenit ſtipulatio?

L E X IX.

1 SI quis. †Pactum inter emptorem & venditorem tempore venditionis factum, quòd res vẽdita vel eius pars non efficiatur religioſa, valet. & eſt ſeruandum: quia intereſt venditoris vt ſeruetur eo ipſo quòd ſibi non placet
2 vt religioſa efficiatur. hoc dicit in effectu. †Gloſſa opponit de lege nemo. ff. de pactis. vbi non valet tale pactum: vera ſolutio eſt q; aut ſit in traditione rei meæ: ſed cùm eſſes dominus cuiuſdam fundi, & poſſeſſor, paciſcor tecum ne illũ facias religioſum: vel ne alienes, tale pactum non valet: nec quantum ad hoc vt impediatur alienatio, vel efficiatur religioſus: nec etiam quantum ad hoc vt fiat contrà, poſſum agere ad intereſſe: quia eſt nudum. ſed ſi interueniſſet ſtipulatio, valet. quantùm ad hoc vt intereſſe poſſit peti: non vt impediatur alienatio: quia cùm ſis dominus, poteſtas diſponendi de tua re non poteſt tibi auferri per pactum. cũ
3 ſit ſimpliciter tua. †Idem per omnia ſi in traditione cuiuſdã rei meæ appono pactum q; aliam rem tuam quam non trado, non poſsis alienare: vel religioſam facere. eadem ratione. ſi verò appono pactum ſuper illa re quam trado nunc, quia peruenit ad te cum modificatione prædicta, valet. vt hac lege. ſed eſt dubium quem effectum habet: an impediatur fieri religioſus. videtur q; non. ſicut non impediretur alia alienatio. vt plenè no. in. l. fi. ſ. de reb. ali. nõ alie. maximè fauore religionis. Ange. in l. ea lege. ſ. de condi. ob cauſam. videtur ſentire contrarium. quia iſta alienatio fortior eſt quia eſt irretractabilis. cùm poſtquam ſit res effecta religioſa, nõ poſsit ad humanos vſus redire: ſicut datio libertatis. q
4 poſtquam data eſt, non poteſt retractari. †Et ideo per pactum po
a teſt manumiſsio impediri.* quia difficilius retractatur. vt in l. ea quidem. j. ſi manci. ita fu. ali. & no. in. d. l. fi. in j. ſol. quam glo. facit ad illam. l. ibi cùm dicit: ſed ſpeciale in libertate & hoc ſatis poteſt dici fore de mente huius. l. poſſet etiam agi ad intereſſe, ſi diceremus ipſam effici religioſam: & ſi de alio intereſſe non appareret, poſſet agi ad æſtimationem rei. iuxta plenè no. in. l. ea lege. ſ. de condi. ob cauſam. ſatis ſua intereſſe videtur, quando facit contra voluntatem ſuam. facit quod nota. in lege Paulus. de ſolutioni
5 nibus. ff. †Vltimò glo. oppo. de l. q; ſi locus. ff. de religio. vbi non valet: niſi interueniat ſtipulatio gl. dicit quòd ibi erat locus religioſus. vnde non valet pactum q; ibi non ſepeliantur mortui: ſed ſi interuenit ſtipulatio, valet: vt agat ad intereſſe: hic verò locus non erat religioſus tẽpore quo tradebatur: & ſic potuit veſtiri pactum cohærentia contractus. Ex primò dicto Cy. arguit ſecundum Petrum: q; ſi aliquis ſacerdos locauit domum ſuam vel eccleſiæ, quæ erat cœmiteriũ: cũ pacto q; nõ poſsit ibi ſepelire mortuos durante locatione: pactũ non producit effectum aliquẽ. niſi interueniat ſtipulatio pœnalis. per illam. l. q; ſi locus. Non ſunt alia. Laudetur Deus. Faciamus finem pro iſto anno die. v. Septẽbris. M. cccc xxxix. in ciuitate Paduæ Paulus de Caſtro vtriuſq; iuris doctor.

F I N I S.

Lugduni,
Excudebat Dioniſius Harſæus.

Regeſtum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.ſ.t.v.x.y.z.A.B.C.D.
E.F.G.H.I. quaterniones, K quinternio.

MELIOR·EST·BVCCELLA·SICCA·
CVM·GAVDIO·Q· DOMVS·PLENA·
VICTIMIS·CVM·IVRGIO
PROVERBIORVM·SALOMONIS·CA·17°
SPES· MEA· DEVS·
DENYS
DE HARSY.